

sic iacere. Quam summam denariorum communi conventus nostri consilio et consensu pro XI scocis vendidimus domino Hartmanno perpetuo vicario⁵⁾ Misnensis ecclesiae cum omni iure et proprietate qua possedimus, ut de ipsa possit libere, quidquid decreverit, pro animae suae suffragio ordinare, possessionem sibi cedentes. Quam pecuniam totam nobis recognoscimus persolutam. Et ne alicui super dicta venditione dubietas oriatur, praesentem paginam in memoriam rei desuper fecimus conscribi conventus nostri sigilli munimine roboratam. Huius rei testes sunt dominus Heinico capalanus dominarum et Nicolaus advocatus et Petrus de Dubenicz et Vlricus magister coquinae et Tammo et Heinricus et⁶⁾ Wlvericus de Misna et quam plures alii fide digni. Actum et datum apud sanctam Crucem anno domini M. CCC. XVII. XV. Kalend. Junii.

Nach zwei im Stiftsarchiv zu Meissen befindlichen Originalen; an A ist das Siegel verloren gegangen, an B befestigt an einem von der Urkunde z. Thl. abgelösten Pergamentstreifen wohl erhalten.

5) vicario perpetuo B. 6) Tammo et Heinricus et fehlt in B.

No. 419. 1320. 6. Mai.

P. Johann XXII. beauftragt den Domdechant zu Meissen dafür zu sorgen, dass die dem Kloster zum h. Kreuz unerlaubt entfremdeten Güter demselben zurückgegeben werden.

Johannes episcopus servus servorum dei dilecto filio decano ecclesiae Misnensis salutem et apostolicam benedictionem. Dilectarum in Cristo filiarum abbatissae et conventus monasterii sanctae Crucis extra muros oppidi Misnen ordinis sancti Benedicti Misnensis diocesis precibus inclinati praesentium tibi autoritate mandamus, quatinus ea, quae de bonis ipsius monasterii alienata inveneris illicite vel distracta, ad ius et proprietatem eiusdem monasterii legitime revocare procures, contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Testes autem qui fuerint nominati si se gracia vel odio vel timore subtraxerint, censura simili appellatione cessante compellas veritati testimonium perhibere. Datum Avenione II. Non. Maii pontificatus nostri anno quarto.

Nach einer Abschrift in Adelong Meisn. Urk. I. 230 der K. öffentl. Bibliothek zu Dresden.

No. 420. 1327. 19. Juli.

Landgraf Friedrich II. eignet dem Kloster zum h. Kreuz Zinsen zu Delmschütz, welche Joh. und Th. von Schönberg aufgelassen.

In nomine domini amen. Omnium habere memoriam magis est divinitatis quam humanitatis. Ne ergo ea quae geruntur in tempore simul cum lapsu temporis labantur, provisum fore noscitur, ut autentici scripti memoriae et proborum subscriptione testium perhennentur. Hinc est quod nos Fridericus dei gratia Thur. lantgravius, Misnensis et Orientalis marchio dominusque terrae Plisnensis piorum antecessorum